

Hadriani tituli ante saec. XVIII medium latuerunt excepto uno n. 5018 prolato tam a ROSATIO quodam c. a. 1636 (quem ego non novi nisi ex excerptis Sorrichianis) forma interpolata una cum n. 500\* conficto, quam a GVDIO forma genuina, sed neque loco adscripto ullo neque auctore. Illo tempore Nicolaus SORRICHIVS Hadrianus cum alia patria monumenta studiose congegisset tum inscriptionibus colligendis non subitariam operam dedit. Ab eo accepta epigrammata Hadriana Sterlichius Carmignanensis ex Teate d. 23 Nov. 1752 Lamio misit, quae scripta reperiuntur in volumine LVII epistularii Lamiani, edita a Lamio in ephemeride *Novelle Fiorentine* a. 1753; ad ea auctaria adiecta sunt in eadem ephemeride a. 1758, 1763. Sed emendatiora plerumque et pleniora leguntur in schediasmatis ipsius servatis Hadriae apud heredes Sorrichii, quae cum neglegenter adhibuisset in topographia ROMANELLIVS, ante

hos XXX annos aditum ad ea mihi patefecit vir elegantis ingenii et liberalis Gabriel Cherubini. De fide Sorrichii etsi subdubitaveris lecta relatione eius apud Orlandium (*delle città d' Italia* Perusiae 1772 t. II p. 278) de crypta Hadriana, cuius forma referret nomen oppidi scriptum litteris Etruscis, nihilo minus inscriptiones ab eo relatae optima fide neque incuriose officio eum functum esse demonstrant. — Ad Sorrichiana qui eodem tempore vel proximo titulis Hadrianis aliquam operam dederunt, ei ignotos nullos adiecerunt, non paucos is de quo supra dixi CHERVBINIVS per hos XXX annos in his studiis diligenter versatus. Idem c. a. 1856 Hadrianos titulos sibi notos ex libris marmoribusve edidit apud Cirellium (*Regno delle due Sicilie* vol. 17 p. 3 et 4). Nuper DRESSELIVS meus huius quoque oppidi titulos mea causa diligenter ut solet recognovit.

5013 Hadriae rep. cum nova via facta est circa moenia sub domo Cherubini, ubi extat.

diui m. anton IN† germ. sarmat  
 nep. diui anton NINI · PII†  
 hadriani ABNEP · DIVI traiani  
 parth. T · DIVI · NERVae adnep  
 5 m. aur ELIO · ANTONINO  
 aug. pio FELICI · PARTHICO max  
 german · MAX · PONT. max  
 trib. p OTESTAS · sic  
 S · IIII P P p. C. 213/17  
 10 pub LICE · D d

Recognovit Dressel. Cherubini apud Minervinium *Bull. Ital.* 1, 143.

5014 Hadriae rep.

PONT. max  
 TRIB. pot

Cherubinius qui vidit dedit Dresselio.

5015 Atri rep. in colleg. d. della Giustizia  
 CHER. Perit DRESSEL.

AVFIDENA · SECV  
 NDA · C · TVLLIO  
 C · F · MAI · FRONTONI

Cherubini apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1876 p. 144.

5017 [= 6129] Atri rep. a. 1842 in agro Fontana Canale dominorum Arlini, apud quos servatur.

Medusa  
 C · MAMILIO ·  
 O · L · ANTHO · AVG ·  
 D · D · GRATIS ·  
 MAMILIAE · O · L ·  
 5 GRATAE ·

Recognoverunt O. Hirschfeld a. 1868 et nuper Dressel. *Valia lett. al Kestner* n. 3; Cherubini apud Cirellium n. 2.

5018 [= 6138] Hadriae in muro hortorum Francisci Binni SORR. Frustra quaesivit DRESSEL. — Locum non indicat GVD.

SEXTVS  
 PVBLICI  
 VS  
 SEX · F · MAE  
 5 SCRIBA  
 P V B L I C I A  
 SEX · L · CALLIPO  
 LIS

Rosati ms. (c. a. 1636), unde ed. Sorrichius Nov. Flor. 1758 p. 829; Gudius ms. 44, 5, ed. 137, 8 inter Stephanoniana, sed abest a Stephanonii codice Leidensi; Sorrichius ms. et apud Lamium ms. a. 1752 (inde Nov. Flor. 1753, 76, ex his Donat. 373, 9) et apud Martorellium thec. cal. p. 245 (inde Donat. 323, 2).

4 MAE Sorrich. (ms.), MAL idem apud Lam. et Mart. (qui inde effecit malleatorem scribam), M · NE Gud. — P · PVBLICIVS · SEXTI · POMPEI · FILII · MAGNVS · SCRIBA (rel. om.) Rosati.

5019 punctis quadratis, litteris vetustis formae peculiaris; p sic est: P. Rep. prope Hadriam, est ibi apud Maximinum Arlini.

SANGVRI · C · F  
 L · GARGONI · L · F  
 SACELLVM · D · S · S  
 S A E P I V N D V M  
 5 C O V R A V E R V N T

Recognovit Dressel. Est in vol. I n. 1419. Cherubinius apud Minervinium *Bull. Nap.* N. S. 3, 64 et apud Cirellium n. 9; Garrucci ann. inst. arch. 1860 p. 274 qui vidit.

1 C · ANGVRI (ANGVAI Cir.) Cherub., C · SANGVRI Garr. ita emendans, ut a Cherubino errore lectam litteram suae lectioni male superadderet.

5016 [= 6128] sarcophagus Hadriae rep. a. 1770 nella Cavallerizza del Palazzo Ducale SORR. Ibi frustra quaesivi EGO. A. 1856 pars superior denuo prodit servaturque hodie apud Cherubinium.

C · CAPIVE VITALI DEC COL  
 HAD · ED III · PREF · CAST · NOV · HIVIRO  
 CVRATORI · KAL · AVEIA · PAET · TERT · QQ ·  
 CVRAT · MVNER · PVBLIC · BIS · QVI · VIXIT  
 5 ANNIS LII MES VII DIE XII IVLIA RVFINA  
 MARITO · ET CAPIVE · VCIA VITALIS · ET  
 VITALIS · ANPLIATVS · RVFINVS · FILI ·  
 ET · ERED · PATRI · PIENTISSIMO · B · M  
 FECE RVNT

Recognovit quod superest Dressel. Sorrichius ms. adnotans repperisse se et descripsisse praesente et adiuvante Chaupy Gallo (ex schedis Sorrichii neglegenter ed. Romanelli *topogr.* 3, 314). Aliunde Gandelli Interamnensis ms., unde enotavit Kiesslingius vv. 4. 5. 6. Cherubinius in epistula ad Gervasium (opp. ms. vol. XIX) 2 Aug. 1856 et apud Cirellium 17, 44 ex lapide. Orelli 148.

Dressel recognovit quae dedimus rectis, quatenus condicio lapidis admodum detriti admisit. — 1 C · CA(?)PIVEVITALISDEC/// Dressel, C · CA · F · VE · VITALI · DEC · COL · Sorr.; ego medelam leniorem non inveni quam est admissio gentilicii insoliti Capiva. — 2 ED · III Sorr., similiterque Dressel, monens non legi de quo ego cogitaveram EDILI. — 3 PAET (PRAEF Rom.) TERT Sorr. neque aliter Dressel; erravit opinor quadratarius scribens PAET pro PREF. — QQ Sorr., OO Dressel. — 4 PVBLICI Gand. — QVI VIXIT Gand., OPTIMO · ET Sorr., OPTV/// Dressel. — 5 sic Gand., quocum conveniunt vestigia a Dresselio excepta AN////////ESVIV////////; AMABILI · SVIS · VIRO · MARCIA · RVFINA Sorr. — 6 CAPIVE VCIA Gand., C · APIVS · V · C · M Sorr.; videntur duo Capivae significari dicti alter Ucia (?) Vitalis, alter Vitalis Ampliatus Rufinus. — 9 FECE...RVNT traditur.

Munera aedilis, Iviri, praefecti, quinquennalis, curatoris muneris publici ad Hadriam pertinere videntur.